

35, 37. Ioh. XVI, 21. & *τίκτειν*, pari significationis usu apud Græcos valet. De Maria hoc capite *ἡ γεννώου* diserte vsurpatur v. 22. & *τίκτειν* v. 21. quæ vtraque vocis significatio talis est, vt veram carnis & sanguinis communicationem inferat; quod planum est cum e Profanorum, tum Sacrorum Scriptorum usu & autoritate: Ioh. XVI, 21 *τίκτειν* de muliere naturaliter pariente dicitur, quod non tantum foetum excludendo fit, verum & materiam suppeditando. Mariam non modo concepturam *Virginem*, sed & parituram *VIRGINEM* dixit Propheta, interprete Ambrosio, *Epist. VII. ad Sincium*. Origenes *L. 1. contra Celsum* idem euincit ex ipso nomine *Immanuel* p. 26. sq. edit. *Cant. Virgo peperit, quia Virgo concepit*: ita Vigilius mysterium hoc exprimit C. X. de Vn. Trin. Quid? si quis dixerit, nulla ratione fieri posse, vt Virgo illæsa ac integra Virginitate pariat, audiat angelum apud Lucam, I, 37: *ἐκ ἀδυνατήσεως παρά τῷ Θεῷ πάν ῥήματα*.  
 יב *FILIVM*, e domo David, qui tamen sit *DOMINVS* Davidis, Matth. XXII, 42. seq. ex Psal. CX. radix David, Rom. XV, 12. ex Esa XI, 10. Apoc. XXII, 16. *nobis PATER eternitatis*, Ies. IX, 6; quo loco plura sunt prædicata longe maxima, quorum *Maiestatem* in conscientia sensit *ipse Wolzogenius*, *Chr. Unterw.* p. 55. ita, vt non ausus fuerit in historia *Hiskie* subsistere, quasi Spiritus S. non nisi *Hiskie* natiuitatem, per *FILII* natiuitatem, intenderit promittere. יב propriissime, qui *IPSE* sit nomini *Iehouah* domum *edificaturus*. 2. Sam. VII, 13. 19. nam יב est a בנה, Zach. VI, 12. 13. *Iaquelot de Messia* p. 88. sq. *וְקָרְאוּ שְׁמוֹ עִמְּנוּאֵל*, & *καλέσασιν* (vocabunt, communi plausu, LXX. Es. VII, 14. *καλέσεις*, vt Luc. I, 31.) τὸ ὄνομα αὐτῆς *EMMANOYHÁ*. Quod non ideo dicitur, quasi

fi